
Fragmentarium



Matt.
26 55

dixit ihesus turbis. Tanquam ad latronem
existis cum gladiis et fustibus comprehen
dere me? Quotidie apud uos sedebam do
cens in templo et non me tenuistis. Hoc au
tem totum factum est: ut adimplerentur
scripture prophetarum. Tunc discipuli
omnes relicto eo fugerunt. At illi tenen
tes ihesum duxerunt ad caypham prin
cipem sacerdotum: ubi scribe et seniores
conuenerant. Petrus autem sequebatur
eum a longe usque in atrium principis sa
cerdotum. Et ingressus intro sedebat cū
ministris: ut uideret finem. Principes
autem sacerdotum et omne concilium
querebant falsum testimonium contra
ihesum: ut eum morti traderent. Et nō in
uenerunt cum multi falsi testes accessissēt.
Nouissime autem uenerunt duo falsi te
stes: et dixerunt: hic dixit. Possum destru

MS. 1439

License: cc-by-nc – Dunedin, Dunedin Public Library, RMM Fragment 32, 2026_DunedinRMM32a_verso – Psalter with Gospel readings (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ot3d/1178/88739)